



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CXLV. Romana de Gratiis. De eodem, Appellatione scilicet hæredum,
quiveniant in materia fideicommissaria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

ROMANA DE GRATIIS

PRO

GRATIIS

CVM

QUINTILIA TESTA.

Casus disputatus coram A. C.

Decodem, Appellatione scilicet hæredum, qui veniant in materia fideicommissaria.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Acti series.
- 2 **An** & quando utraque qualitas filiationis, & hereditaria requiratur, & num. 6.
- 3 **Heres** an teneatur habere ratum factum defuncti in iuribus propriis.
- 4 **Pater** stipulando pro filio censetur tanquam ejus hereditibus.
- 5 **Verbum** hæres an & quando non conveniat nisi hereditibus sanguinis.
- 6 **De** conclusione, de qua num. 2., Et quando verbum hæres unitum verbo filius stet ampliativè vel qualificativè.
- 7 **An** sufficiat ut non stet per filios, quin sint etiam heredes.
- 8 **Declaratur** conclusio, de qua num. 4.
- 9 **Legatum** quando heredi fieri possit & valeat, ita ut non veniat sub fideicommissio.
- 10 **Vbi** etiam non veniret, fallit ex conjecturâ, que ponderantur.

DISC. CXLV.

In concordia inita inter Ludovicum & Fabium fratres de Gratiis, dimissa fuit vinea controversa Ludovico, sub conventionè, quod ipso decedente sine filiis masculis legitimis & naturalibus eam relinquere deberet, sicuti ad id se obligavit Fabio, vel suo hæredi nuncupato Jacobo Antonio, vel aliis suis hereditibus & successoribus, Ac etiam idem Ludovicus, Fabio suisque hereditibus & successoribus ut supra donavit domum, Moriens autem prius Fabius, in ejus testamento cum Jacobo Antonio & Angelo filiis indignatus, legavit Ludovico domum prædictam, & quadam vasa argentea, eundemque liberavit à dicto onere relinquendi vineam, illi tribuendo liberam facultatem disponendi, eundemque hæredem instituit, quem gravavit ad restituendam integram hereditatem cuidam Monasterio, cui etiam onus injunxit præfaram hereditatem restituendi filiis prædictorum ejus filiorum postquam ad ætatem 20. annorum pervenissent, adjecto istis eorumque descendentes in perpetuum successivo fideicommissio; Quibus ita peractis, atque sequuta deinde morte Ludovici sine filiis instituta hærede Quintilia Testa, orta est controversia inter dictam Quintiliam, ac Jacobum Antonium & Angelum de Gratiis dicti Fabii filios ad præfatas vineam & domum agentes, & introducta causa coram A. C.

Prædebatur ex parte Quintilæ, quod hæres non haberent, nisi cum qualitate hereditaria familiaris Jacobi acquirentis, ita ut veniret in iusmodi stipulatione debeat se probare filium esse hæredem juxta doctrinam Bart. in l. ad prærandi s. si liberinum. 3. ff. de oper. libert. 4. ff. de ult. s. ultimo, ubi clarius Castrensium. 4. ff. de ult. s. & ceteris allegatis habetur per Ratam de fideicommissi 6. Februarii 1654. coram Cerro, edita in qua disc. præced.

Unde cum actores patris hæredes non esse eos carere dicebatur actione, atque si quam hereditariam qualitatem haberent saltem ratione materia, adhuc repelli poterant exceptione circumstantis à dispositione text. in l. cum à marito reivendit. & in l. vindicantem ff. de eritibus. Quorum dispositionem hædie præterim in Contractum est, rejecta sententia Grammatici, & hanc, obligare præcisè hæredem ad habendum factum defuncti quamvis jure proprio non ex deductis per Buratt & Aden. decis. 14. hæres restituit dotis 15. Decembris 1658. & Junii 1660. coram Cerro, ac in aliis frequenter, Nili, vel potius affectivo fideicommissentis, vel nullitas actus tantans ex stricta prohibitione alienationis, & rei rei conspicua qualitas condignam commutationem cum æquivalenti non recipiens aliud fundetur deductis in Bonon. fideicommissi de Ruben 30. Julii coram Corrado decis. 363. par. 10. rec. & in aliis habetur non semel deductum infra ad materiam alienationum.

Ultrà prædictum fundamentum, in quo actoribus conventæ defensores insistebant, Atque scribens pro actoribus ponderabam deducere quod scilicet cum filii veniant ex providentia stipulatione Jacobi eorum patris, venire non possunt nisi tanquam ejus hæredes ex magis communitate accepta traditione glos. & Bart. in l. si tibi & jure ne peteret ff. de pact. de qua Surd. dec. 322. & coram Cerro super ista conclusione late, & ex prologo prædicti in Romana donationis de Jordanis sub tit. de hæredibus scilicet pater stipulando pro filiis, censetur stipulari pro eis tanquam hereditibus; Alia etiam ratione, quod quicquid filiusfamilias de bonis paternis, vel ex ejus providentia acquirat, virtualiter donationem in hujusmodi actu committit, atque inter patrem & filium prohibet, & dicitur peculium profectitium, in patris dominio, & dispositione perseverans ex deductis in dicta Romana donationis, unde propterea patrem præterea obtinere debebat; Et si id procedit, ubi pater pro filiis simpliciter stipulatur, & acquirit, multo magis procedere videretur, ubi talem actum pro eis nomine hæredum facit, cum ita nomen hæredum stare dicatur pro clariori interpretatione, quod aliàs de jure dici posset ambiguum, & quod dubitationem in congressu pro ratione ducere promovebam ab alterius partis defensoribus non excitatam.

Pro actoribus autem scribens, quatenus pernet ad primum objectum hereditariae qualitatis inquisita; Dicebam in primis extrâ dubitationem esse, quod dictum verbum hereditibus non potest venire extraneis, sed tantum illis sanguinis; Hæc enim illud in materia indifferenti quibuslibet conveniat, in hujusmodi tamen fideicommissis, non in dispositionibus, vel conventionibus, non in iure, nisi illi sanguinis ad text. in l. ex factis s. hæres ff. ad Trebell., cujus dispositio claritas de hæredibus

dubitenter procedit, ubi aliqua concurrerent conjecturae id suadentes, ut bene post antiquiores ibidem allegatos *Franch. decis. 153. & prosequitur Fusar. alios congerens qu. 339. num. 6. & per. cor.*

Necum autem conjecturalis, sed clara videbatur partium voluntas non intelligendi, nisi de filiis Jacobi, & quidem masculis ex implicita intentione conservacionis agnationis; Tùm quia Ludovicus in conditione posuit ejus filios masculos tantum, cum nullatenus probabile sit, neque in mentem cadere valeat, ut proprias filias excludere voluisset ob extraneos hæredes fratris, ut in proposito ponderatur *per Fusar. dicta quest. 339. num. 55.* Tùm etiam quia exprimendo hæredem, subiunxit nomen Jacobi Antonii filii jam nati, undè literaliter constat, quod loquendo de hærede intellexit de filio masculino, dum deinde vocando alios hæredes, adjectum fuit verbum *alios*, quod similitudinem denotat, Unde propterea videbatur casus planus, qualem etiam agnoscebant alterius partis defensores, totum proinde fundamentum in eo consistentes, quod utraque qualitas sanguinis, ac rei familiaris requisita esset, atque una sine altera non sufficeret, ad quod disparatio restricta fuit.

Respondendam tamen, quod licet controversum sit inter DD. an vocatis filiis cum qualitate etiam hereditaria, isti debeant esse etiam hæredes bonorum, ut pro utraque opinione plures colligit *Fusar. quest. 340.* eam tamen procedere dicebam, ubi utramque non unum est, quia dicatur *pro filiis hereditibus*, atque tunc intrat questio, an verbum hæres sit ampliativè, vel qualificativè, atque recurrit solet ad distinctionem, An inter unum nomen & alterum additæ hecne copula, quod latè discursum fuit in nota *Sarsinaten. feud. coram Cocino, Dumozetto, & Orthobono, ut de decisione Dumozetti inter suas decis. 748. & 760. & de illa Orthob. inter suas decis. 265. & de illis Cocini post Capyc. Latr. consult. 75.* Sectus autem ubi solum nomen hæredum simpliciter adjectum est, cum tunc cessante duplici significacione ex vocabuli duplicitate resultante, sub tali nomine soli filii demonstrati videantur, ut bene *Franch. dicta decis. 153. n. 18. Fusar. dicta quest. 340. num. 1. cum sequen. & post num. 10. & 15. & disc. preced.*

Et ulterius ubi etiam dispositio intelligenda veniret de filiis hæredibus, ita ut utraque qualitas necessaria esset, adhuc tamen, quicquid receptum sit apud Regnicolas in illis feudis mixtis utramque qualitatem verè, ac de facto exigentibus, etiam in iis, qui contra defuncti judicium succedunt ex deductis *per Franch. dec. 1. & sub tit. de feud.* In Curia tamen Romana receptam dicebam opinionem, ut in hujusmodi mixtis vocationibus, sufficiat per hæredes sanguinis non stare, quominus sint etiam hæredes rei familiaris ex deductis *per Put. decis. 380. lib. 1. Penia dec. 695. num. 15. dec. 842. in fine, & 499. num. 5. par. 5. recen.*

Verum hoc fundamentum parum tutum videbatur, cum illud suffragari solet, quoties agatur de successione alterius quam primi acquirentis, ejus sufficit esse hæres, non autem ultimi morientis, ut est sententia Regnicolarum, undè cum in præfenti ageretur de primo acquirente, satis dubitari poterat, quod haberi deberet ratio valoris hujusmodi bonorum, ad effectum, ut ob hereditariam qualitatem opus esset habere ratum factum defuncti, ideo que magis insisterem in primo fundamentum, ut verbum hæres, solum prolatum absque alio

Cardin. Luca de Fideicom.

adjecto unicam non autem duplicem qualitatem exigeret.

Quoverò ad aliam difficultatem ut supra per me excitatam, Alii eorumdem actorum defensores credebant illam tollere juramento in dicta concordia per utrumque contrahentem interposito, per quod sublata juris civilis resistentia, firma & valida remanet donatio inter patrem & filium ex deductis in his terminis pariter *sub tit. de donationibus*; Verum ego dubitabam de applicatione conclusionis alioquin in suo casu verè, cum juramentum per Fabium patrem interpositum, percuteret observantiam transactionis, ac promissorum in ea ad favorem alterius contrahentis, non autem circa sibi favorabilia, & per alterum adimplenda, in quibus, recipientis, non autem promittentis, ac se obligantis personam & partes gerere dicitur, ut pariter habetur deductum *in dicta Romana donationis de Jordanis, sub tit. de donat.* quæ in proposito ponderanda videantur, cum tunc istud motivum ut potè per alteram partem non deductum, disputatum, ac examinatum non sit. Non potui autem super his maturum efformare judicium, quoniam, incertum est, ex quo accidenti, aliæ disputaciones habitæ non fuerunt.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE MEDICO

PRO

MARIA ANTONIA & MARIA
LUCRETIA DE MEDICO

CVM

ENEAE DE BONFIOLIS.

*Casus decisus per Rotam pro dictis sororibus
de Medico.*

De verbo seu vocabulo, *progenies*, cui conveniat, Et an sub eo, tam in dispositiva quam in conditionali veniant fœminæ, earumque descendentes, Et aliqua ad materiam *text. in l. cum avus, & l. cum acutissimi*, An procedant in dispositione transversalis, & quando.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**acti series, cum resolutione causa.
- 2 Ex quibus dicatur contemplata agnatio.
- 3 Quod exinde resultet exclusio fœminarum.
- 4 Sub verbo *progenies*, qui veniant.
- 5 Fœmina dicuntur agnate, ac veniunt in fideicommissis agnatiis.
- 6 Non debet admitti fictio, ubi adest veritas, neque dari familia artificialis, ubi adest vera, nisi in casu &c.
- 7 Existencia personarum de genere posito in conditione, facit cessare substitutionis purificationem, etiam si non succedant.
- 8 Persona de genere prius vocato habentes eandem qualitatem

G g